



**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

42. De Epiphanio Cypri Episcopo, quomodo mendicus mortuum se simul[an]s, verè mortuus sit, exemplo suo docens, illos qui Dei sacerdotibus, ac per hos Deo illudunt, seipsos fallere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

à plurimis, cum à Deo missum, qui regis sacerdotisque opera non taceret. Vnde factum est, ut sacerdote orante, rex mitior fieret, passus à Domino remunerandus, dignè prophetam illud audiret: Qui reddiderit pretiosum de proli, tanquam os meum erit.

Niceph. Callist. lib. 12. c. 46. Eccl. hist. De Epiphanijs Cyprici Episcopo, quomodo mendicis mortuum simulans, verè mortuus sit, exemplo suo docens, quomodo illos, qui Dei sacerdotibus, ac per hos Deo illud se ipsos fallere.

CAP. XLII.

EPiphanium Cyprici Episcopum aliquando duo quidam in via ipsa mendicis obsecraverunt: & cum non poenitentium aliquid se ab eis accepturos existimarent, alter in solo spiritu continens, perinde atque mortuus esset, iacebat: alter autem veluti familiaris, eius lamentans & flens, inopiam illam assimulabat, verumtamen impensas non haberet & penuriam tantam cum reprehensione eius deplorabat. Postquam Epiphanius præteriens nihil quidem aliud quam quòd iacenti illi requiem precatus esset, dixit. Exiguum autem quiddam ad illum miserandum ploranti dedit, illa verba adiungens. Curam huius funeris habe, & tandem desine. Nam hic nunc non resurget: Mortuus autem, quæ communis omnium & inextinguibilis necessitate quadam obeunda est, animam te forti ferre oportet. Hæc Epiphanius dixit.

abijt, cœptam perfecturus ambulationem.
 Quam autem ea in via, nemo alius appareret,
 ille qui sic steterat & plorauerat, iacentem in
 medio pedis concussione dato, vt cõsurgeret ad-
 monuit: simulq; eum laudauit, qui tam egre-
 gè mortui hominis habitum retulisset, & A-
 get tandem exsurge, inquit; vt in præsentia ver-
 titutis tuæ hilarius viuendo fructum percipia-
 mus. Vbi autem ille amplius neque dicentem
 audiit, neq; modis omnibus significationem
 aliquam, se viuere, exhibuit: alter cursu celesti
 Episcopum est consequutus, eique fraudem,
 quam inopia coacti commenti essent, indicã-
 uit: & iam citra fucum verè stens & lamentās,
 vt socium suum resuscitaret, supplicauit. Epi-
 phanius autem, postquàm illi, ne factum id
 grauius ferret, dixit: hominem dimissum ab-
 soluit: quod Deus eam rem retractatam nol-
 let, fidem facere omnibus volens, vt equidem
 puto, qui tentare & facere talia in ministris
 eius audeant, illum ipsum Deum, qui videat
 & audiat omnia, eos falsum ire, seque adeo ip-
 sos in seipos fallere.

*Gregorius Turonen. lib. 2. cap. 25. historie Francorum
 De Euarico rege Gothorum, qui cum in sacerdotes,
 clericos, & Ecclesias Dei sauiret, diuina vltione
 percussus est.*

CAP. XLIII.

Tempore Synodij Episcopi Euaricus rex
 Gothorum excedens Hispanum limi-
 Bb 3 tem,